

## **Positiones inaugurales de morbillis / ... proponit Martinus Rahn.**

### **Contributors**

Rahn, Martin, active 1682.  
Universität Altdorf.

### **Publication/Creation**

[Altdorfii] : Literis Henrici Meyeri, [1682]

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/ak93d268>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

17

AUSPICE & PRÆSIDE  
DEO  
TER OPTIMO TER MAXIMO  
DECRETO  
SENATUS ASCLEPIADEI  
*Nobilissimi & Gratiissimi*  
in  
INCLUTA NORIMBERGENSIMUM UNIVERSITATE  
ALTDORFFINA  
pro ritè obtinendis HONORIBUS & PRIVILEGIIS  
DOCTORALIBUS  
POSITIONES INAUGURALES  
*De*  
**MORBILLIS**  
*publicè placideq; ventilandas*  
**PHILIASTRIS**  
*proponit*  
**MARTINUS RAHN,**  
Stargardiæ Pomeranus.  
*Ad diem 16. Maji,*  
**A. S. R. cIs Is c LXXXII.**

---

*ALTDORFI,*  
Literis HENRICI MEYERI, Acad. Typogr.



BONO cum DEO!

*De*  
**MORBILLIS**

Præfatio.

**N**ter morbos Epidemios & Contagiosos duas obseruantur classes, quando alii summè perniciosi & deleterii habentur, ceu sunt Febres pestilentes, imò Pestis ipsa; Alii verò mitioris notantur indolis, & Criticam sèpè mentiuntur transmissionem; quòd meritò referuntur duo morborum genera hodieq; notissima, Variolæ & Morbilli. Quorum affectuum pertraditionem, quamvis pleriq; Prædi-i, quà veteres, quà recentiores conjunxerint ob varias convenientiæ in cognitione & curatione rationes, notabilem tamen diversitatem inter utrumq; dictum affectum nibilominus intercedere vel inde patescit: quòd non uno eodemq; tempore oleant homines affligere, sed plerumq; diverso; quòd Variolæ blegmones potius indolem, Morbilli verò Erysipelatis natu-ram referant, & ita necessariò secundum Causæ internæ dispo-tionem insigne discriminem notetur; quòd in Variolis major solito continui, quàm in Morbillis fiat; quòd in Curatione quo-ae differentia quædam observanda sit; plura videantur apud rancisc. Ranchinum Tr. de Morbis puerorum Sect. 2.

i. p. m. 257. & 260. Minimè igitur mihi improbatum iri confido, dum misâ Variolarum consideratione antehac hoc in ycœ propositâ, loco Disputationis Inauguralis Morbillorum Cognitionem & Curationem è veris principiis gra-vissimorum Medicorum Autoritate munitis, Consensu Gra-vissimæ Facultatis Medicæ pro ingenii modulo æquis Ascle-

piadarum iudiciis & placide Symphiliatrorum ventilatio exponere mecum constitui. Cui proposito ut Archiater Op Max. Gratia suâ Divinâ clementissimè aspiret, ardentib notis Eundem in uoco & imploro.

## PARS PRIOR, *Morbillorum Cognitionem sufficientem exhibet per*

1. *Nominis Descriptionem.* 2. *Definitionem realem.* 3. *Generis.* 4. *Sjecti.* 5. *Causarum.* 6. *Differentiarum.* 7. *Signorum quâ Diagnorum quâ Prognosticorum explicationem.*

### §. I.

I.  
*Nominis  
Descriptio.  
Erymolo-  
gia.*

**M**Tab ovo, quod in proverbio dicitur, usque ad mala tiationem prosequar, libet Nominis præmittere Etymologiam, Synonymiam & Homonymiam. Morbilli igitur à voce *Morbus* descendere, & diminutivam hale re terminationem, quasi *parvos Morbos*, notius est, quām ut neri debeat. Unanimis tamen Practicorum est consensus, dictos esse non tam à Latinis quām Italis ansā arreptā, qui p stem *il morbo* speciatim appellarunt; *Morbilli* verò veluti pa Pestis habentur.

### §. II.

*Synonymia  
Nomenclata-  
tura.*

Synonyma in diversis Linguis quæ sint, videantur Mantissâ Nomenclaturæ Medicæ hexaglottæ, Lexico Med. Castelliano noviter à Viro Nobiliss. Excell. & Experientiss. Dn. JAC. PANCR. BRUNONE, Instit. & Prax. Prof. Publ. celeberrimo Pceptore meo æternum venerando, edito annexâ p. 30. Circa Gi cam appellationem occasionem arripuerunt recentiores n vendi illam Quæstionem: An affectus hic Græcis Medicis perfertim Hippocrati & Galeno fuerit cognitus? Ad hanc cum S uerto, Riverio, & aliis respondere placet, quamvis certò nor ceat determinare, nec satis clarum sit, an cognitum habueri satius tamen esse, affirmativam tueri, quām negativam, id quia nulla dari potest ratio evincens, causam illam Morbillorum non etiam potuisse generari aut genitam fuisse antiquis tem

bus apud Græcos ; quam recentioribus apud alios populos. ec video, quid obstet, quò minus sub ἔξαρθηματῶν, aut ἔκθυ-  
τῶν, aut ἔξαρθιματῶν, vocabulis comprehendendi potuerint  
*Morbilli*? Num Latina, vel Latino-Barbara nomina, *Papulae*,  
*pustulae*, *Rubeolæ*, *Rossaniæ* vel *Rossaliæ* etiam pro Synonymis sint  
abenda, hac vice non sum sollicitus. Germanis die *Masern*,  
*inderflecken*, *Ritteln* sive *Köteln* dicuntur : In Pomeraniâ pa-  
iâ meâ suavissimâ appellantur die *Masseln*/ quæ appellatio cum  
elgis est communis , uti patet ex *Forestol.* l. 6. *Observ.* 41. seqq. in  
bol. qui etiam à *Gallis morbillæ* vocari è Junio testatur.

## §. III.

Ad *Homonymiam* pertinet , quòd teste *Sennerto lib. 4. de Homony-*  
*brib. c. 12. & Riverio Prax. l. 17. sect. 3. c. 2.* non conveniat inter  
utores , qui affectus variolarum, qui morbillorum nomine sit  
appellandus. Verum hodieq; usus obtinuit , ut *Variolarum*  
omine eminentiores pustulæ veniant, *Morbillorum* verò ma-  
culæ rubentes & in cute efflorescentes. Præter illam æquivo-  
cationem alia adhuc est, quam *Excell. Dn. D. BRUNO* notavit  
*Lexic. Castelliano*, è *Dornéo*, *Rulando* & *Johnsono*, quod *Mor-*  
*billi* sint *pustulæ Venereæ*, item *puerorum albæ*, *vari*, *ecthymata*, *pi-*  
*gitæ* *eruptiones*, *ecbras mata*, quam verò confusam acceptionem  
merito missam facimus.

## §. IV.

Relictâ Nominis explicatione , progressum facio ad Rea-  
m *Definitionem* , ubi quidem variæ occurrunt apud Auto-  
res *descriptions*, vel *Symptomaticæ* vel *Causales*. Verùm li-  
et mihi hac in parte sequi vestigia Venerandorum DNN. Præ-  
ceptorum meorum in hoc Lycéo, quos inter *Vir Nobilissimus*, *Ex-*  
*cellentissimus* & *Experientissimus* *Dn. D. MAURICIUS HOFFMANNUS*,  
*erenissim. Electoris* & *Marchion. Brandenburg.* ut & *Inclutæ Rei-*  
*publ. Norimbergensis Archiater* & *Professor Fac. Medicæ primarius*  
*leberrimus in Sciagraphia morborum Contag.* *Disp. XXI. thes. 2.*  
*Morbillos* descriptis per *Tuberculæ rubra* è *subsistentibus sanguineis*  
*portionibus* in *emundorio universalis apparentia*. *Descriptio No-*  
*lliss. & Excellentissimi Dn. D. BRUNONIS* verò videatur d. l.  
ad horum imitationem sequentem dabo definitionem. *Mor-*  
*billi* sunt *maculæ rubentes* vel *Erysipelaceæ* *majores minores* in *toto*  
*corporis habitu erumpentes*, cum *quali quali* *protuberantia febrem*

*colliquativam, magis minusve malignam, a sanguinis ichorescentis ad putredinem dispositi præternaturali effervescentia dependentem ceum morbum suum sequentes.*

## §. V.

3.  
Genus.

*Genus Morbillorum* in definitione constituere mihi libuit *Mculas*, non ignaro, quod alii pustulas, papulas aut tubercula generis loco posuerint, v. g. *Sennertus*, *Riverius* dictis locis *Fonste Synt. Med. Part. III l. 2. tit. 7.c.7.* quia tamen illa protuberant minus notabilis, & efflorescentia illa rubens magis in sensu i currit, placuit etiam notius ponere genus, cum *Franc. Piens Febr. part. spec. c. 8.* Interim minime exclusam cupiens omne eminentiam in definitione addidi verba, *cum quali quali protubrantia*, siquidem & ipse *Willis. c. 15. de Febr. in morbillis exatbemata non adeò in molem attolli fatetur.*

## §. VI.

Morbilli  
quale Synt.  
ptoma.

Ex Genere quoq; constat, *Morbillos* reterri posse inter Syntomata, & quidem ad tres classes diverso respectu: videlic ratione coloris & eminentiæ ad qualitatem visibilem & tactil lem vitiatam, ratione particularum ichorofarum sub cuticu stagnantium ad excernendum retentum, veletiam ex parte retinendum depravatum, & ratione motus vel refluxus sanguinis impediti ad actionem læsam partim excretionis imminui quoad fuligines & serosas portiones; partim refluxus imped quoad particulas sanguineas subsistentes.

## §. VII.

4.  
Subjectum  
Latam.

*Subjectum Morbillorum* duplicitate considerari potest, *Lac & Stridè*; Ad illam considerationem pertinet, quando *Will d. l.* morbum hunc ut & Variolas solis hominibus attribuit, omnò ratum esse dicens, *quod nimirum cuncti & soli homines variolis morbillis sunt obnoxii, atq; unicā plagā iis absolvi soleant.* Cuj tamen assertionis universalitas ita accipienda, ut aliquam amittat exceptionem casuum rariorum, quando Experientia statut, nonnullos non solum immunes ab his Exanthematib per omnem ætatem ad extremam senectutem pervenisse, & bis terve hoc morbo corripi. *Piens d.l p. 218. & seqq.* An in brata quædam hic affectus quoq; cadat, non est operæ pretium ventilare. Ad latam porrò *Subjecti* considerationem pertinet, qu affectus hic plerumq; infantibus & pueris attribuatur, quam

ec adulti utriusque sexus immunes sint. Ita apud *Forest.* mūr 34. annorum hoc morbo periculose affecta legitur, d. l. obv. 47. quamvis ex collatione observationum facile constare possit, morbillos in adultis rariores esse variolis.

## ſ. VIII.

*Subiectum* verò *stridē dictum* five *pars affecta* habetur ex *stridum.* immuni Doctorum consensu *Cutis* cum *Cuticulā*, quæ partes continentes sunt communia & extima totius corporis integumenta, quorum descriptionem Physiologicam petere oportet ex Anatomicis, præsertim *Thom. Bartholin. Anatom. l. 1. c. 2.* Utilitatem verò earundem partium in sanguinem redundantem, iatenus liberæ transpirationi facient, egregiè docuit & demonstravit *Nobiliss. Excellētiss. Dn. D. MAURIC. HOFFMANNUS* ſtit. *Anat. Disp. I.* Cæterū non modò è *Gal. loco de atra bile* ſ. conſtat, ſed & experientia confirmat, membra etiam interiora & viscera non eſſe immunia ab hoc morbo, v.g. pulmones, testina, guttur, *Forest. d. l. obs. 45. Senn. d. l.* partium igitur il- rum quoq; velamina ad *Subiectum* referri queunt.

## ſ. IX.

Nunc ad *Causarum* explicationem ordo me deducit, quarum ſ. numerari ad morborum generationem concurrentes, ex generalibus artis theorematis & præceptis notum omnibus est eſſe debet; tales ſunt *Proxima, Antecedens, & Remotæ* five *Pro- atarcticæ.* In definitione verò faltem proximæ mentio ex- reſſe facta, ſub quâ tamen tacitè *Antecedens* comprehenditur, quamvis hoc loco hujus peculiaris conſideratio non ſit neceſſaria, cùm morbus ſit universalis, & ita cauſa proxima per totum corpus ſeſe extendat, illius habitum exteriorem actu immedia- o præternaturaliter afficiens.

## ſ. X.

Est verò cauſa illa immediata, uti ex Definitione conſtat, *Causa pro- Morbus ipſe, videlicet Febris colliquativa magis minusve maligna.* ſ. *xima.* tenim cum ſ. 6. dictum ſit, Morbillos eſſe Symptoma, neceſſe eſt illos morbum aliquem ceu cauſam ſuam ſequi, cumque in- ſensu incurrat humorum præfertim ſanguinis vitium per cutim florescens, patet morbum intemperiei materialis & universa- ſis potiſſimum hic peccare, quo pertinent Febres. Et hinc fa- tum eſt, quod pleriq; Autores inter Febres retulerint Morbil- los

los & Variolas, imò ipse *Heurnius* saltem horum affectuum incidenter meminerit inter Symptomata febrium pestilentium *l. de Febr. c. 20.* Qualis verò febris species sit dicenda, non licet in genere determinare, sufficiat quod ut plurimum sit *continua & maligna*, quæ secundam diversorum individuorum diversam temperaturam variat. *Willis d. l.* vocavit febrem incertam ¶ vagam, modò intensam modò remissiorem, quæ nullam observat incrementi è pueris rationem, adeò ut ægroti nunc summè incalescant mox sine causa evidenti à pueris degant ¶ neque ullum erit dubium, quòd in adultis febris illa sit acrior & vehementior, quam in pueris & infantibus, fatente hoc etiam *Forestus*, *d. l. obs. 4. Schol.*

## §. XI.

*Qualis sanguinis dispositio in Morbillis.*

Si causam internam febris ulterius consideraverimus, dicatur hæc in Definitione *Sanguis ichorescens* ¶ ad putredinem dispositus, præternaturaliter effervescentes. Ichorescentiam testantur Macularum præsentia, quæ nihil aliud sunt, quam particulæ sanguinis ichorosæ tenues subsistentes & leviter coagulatæ. Hinc etiam ut plurimum Erysipelatis naturam obtinent. Ita Senne-tus scripsit : *Morbilli à subtiliore, calidore & sicciore, cuiusmodi sanguis biliosus esse solet, materia proveniunt d. l.* unde & ab aliis *Erysipelaceæ*, ab aliis *parva Erysipelata* vocantur hujusmodi mucilæ. Ad putredinem sanguinem esse dispositum probatum quia evidens adest colliquatio, quæ infert necessariò non solu subsequentem coagulationem, sed & disjunctionem & dissolutionem compagis naturalis sanguineæ, in quâ secessione constitut natura putredinis, uti docet supra laudatus Dn. D. BRUNO *Disp. III. de Remor. ¶ Purgat. tb. 11. 12. ¶ in Lexic. Castell. sub Vocabulis Malignitas & Putredo.* Interim quod pro variâ flammæ vitalis abundantiâ aut paupertate, sive sanguinis salubritate insalubritate, uti Variolarum, sic & Morbillorum malignitas variet accuratissimè inculcavit *Excellentissimus* Dn. D. MAURCIUS HOFFMANNUS *d. l. tb. 7.*

## §. XII.

*Fermentatio febrilis causa antecedens.*

Quod Effervescentia p. n. adsit, non indiget ulteriori probatione, cum jam constet, adesse febrem, cuius formalis ratio in p. n. effervescentiâ vel fermentatione inordinata consistat. *Willis. de febr. c. 2. ¶ 3.* A quâ causâ verò internâ fermentatio hæc sanguinis p. n. excitetur, vel quale fermentum aut qui f

s sit febrilis, non est adeò planum exponere. *Willis* quidem dubitat labem quandam seu impuritatem sanguinis intra prima ūs rudimenta in utero conceptam statuere, quam vitiosam dispositionem deducit à fermento Uterino, post conceptionem re- tis mensibus, in fœtum redundantem, & humoribus ac sanguin- massæ confuso, hincq; diu delitescente, donec à causâ evi- nte externâ commotum ebullitionem ac deinde coagulatio- m inducat. Hanc verò hypothesin impugnavit *Fr. Piens*, quaquam causam accersendam esse ab utero materno, ali- ot phænomenis & argumentis persuasus, quæ d. l. legantur. O in hâc intricatâ & abstrusâ re mihi tantum acumen judicii nimè tribuo, ut velim inter illas hypotheses arbitrium face- licet non dissimulem, mihi quoq; videri, peculiarem aliquam neram & fomitem præsupponendum esse, à conceptione aut ma nativitate originem suam habentem, et si illius natura hi vel etiam aliis sit occulta.

### §. XIII.

Progredior interim ad *causas remotas* vel *procatasticas*, & *Causa Pre- idem ad Res non-naturales*, inter quas *Aëris vitiosa dispositio catarticae*. *Victus errores* reliquis palmam præripiunt. Ab Aëre infecto Aër, ntingit, ut Morbilli fiant Epidemici & contagiosi, quemad- odum testatur *Forest. d. l. Obs. 44.* Consentit *Willis* expressè cens, quod *dispositionem latentem maligna aëris constitutio soleat actum deducere*. Jungatur etiam *Piens d. l.*

### § XIV.

Aëris vitio libet associare *Contagium*, præsertim *virtuale*, m per *Contactum virtualem mediante aëre miasma malignum plu- bus offertur hominibus*, uti accuratè id descriptum in Collegio pri- to *Spectatissimus Dn. DECANUS*, *Nobilissimus Excellentissimus & experientissimus Dn. JOH. MAURICIUS HOFFMANNUS*, iat. & Chym. Prof. Publ. celebratissimus, Dn. Promotor & Præce- tor meus nunquam non devotè colendus. Interim nolo *contagium corporale* à generatione Morbillorum excludere, siquidem per morbillos sibimet ipsi obvenisse quondam notavit modo lau- tus *Spec. Dn. DECANUS* & à nobili persona alteri saepius lecto cumbentis assidenti communicatos observavit. De hoc *Conta- corporali*, ut & *virtuali* plura legantur apud *Willis. c. 12. de fe- b. & Dn. D. MAURIC. HOFFMANNUM Seniorem Disp. III. & IV. morbis Contagiosis.*

VIAM Er-  
veres.

Quod *Alimenta vitiosa cruda*, copiosius ingestā ad generationem Morbillorum facere soleant, omni caret dubio. In nunquam satis laudandus Dn. D. HOFFMANNUS Senior videt potissimam causam, unde ille somes vel fermentum Variorum, (quod & de Morbillis intelligendum) in recens natis, infantibus & pueris, deducere ex lactatione vel immodicā vel vitiā, *Disp. de Morb. Contagiosis XX.* Ita quoque de adultis confirmat experientia, quod à sola crapulā in hunc morbum incidi viisi sint.

## §. XVI.

*Reliquas res non naturales* sigillatim exponere brevitatis filio supersedeo, satis esse ratus, quod sciamus illas communē esse cum aliarum febrium causis externis, & sanguinem vel ingiter turbare & fermentare, vel ita colligare & dissolvere, ut in chores acres & malignas abire possit verbis Fr. Piens d.l.s. Causae motæ &c. In specie & hoc monendum, quod sæpius observatus sit, in timidos & morbum hunc perhorrescentes promptius eundem incidere. Cujus rei ratio hæc est, quod timore miasmatum particulæ bonæ etiam desciscunt, & præternaturalem lumen contrahunt.

## §. XVII.

Differen-  
tia.

De *Differentiis accidentalibus* non opus est prolixa verba facere, cùm tales à variis Subjecti vel Causalium attributis facili excogitari possint. Neque etiam necessarium arbitror rationem discriminis proponere, quā ab aliis Exanthematibus differunt *Morbilli*; cùm quilibet affectus habeat suam peculiare īdolem, quæ si probè cognoscatur, facile ab alio dignosci quæque potest, v.g. *Morbilli* à *Petechii* differunt minori malignitate ut plurimum, & macularum magnitudine, cùm Petechi sint plerumq; pulicares. A *Variolis* per minorem eminentia discerni supra dictum. An à *Purpurā* vel *Rubeolis* reverà different, aliis disquirendum relinqu. Mihi properandum est a Signorum explicationem.

## §. XVIII.

7.  
Signa &  
guidem  
Diagno-  
stica.

Jam verò *Signa* Duplicita esse, *Diagnosticæ & Prognosticæ*, e Institutionibus notum puto; Hujus ergò morbi primò Diagnosī vel ad effectum presentem vel ad eundem imminentem dirigenda est, *River. l. 17. c. 2.* *Morbilli* jam presentes cum sensibus p-

ant, non aliis indigere videntur signis; *Imminentium* verò si-  
a peti possunt è triplici symptomatum classe. *Actiones lœsæ*  
riæ concurrunt, imprimis *Dolor Capitis* cum sensu pulsatio-  
nem in fronte & temporibus, nec non *Dolor oculorum*, *gutturis*,  
*arsi*, *Somnolentia* gravis, *Terrores* in somno, *Delirium*, *Con-  
fusio* aut *Convulsivi motus*, *Difficilis respiratio*, *Tussis*, *An-  
etas* & *Inquietudo*, *Fervoris molestia* & plures aliæ, quæ o-  
nia à sanguinis inordinatâ fermentatione dependent, ut &  
um animalium per fuliginum & effluviorum acrum commu-  
cationem turbatione & agitatione; De prurigine narium &  
ernutatione, nec non totius corporis puncturâ in principio  
neurrentibus videatur *Forestus* l. 6. obs. 46.

## §. XIX.

Ex *Excretis* adsunt sæpè *Lachrymæ* involuntariæ, Vomi- *Excreta*  
s immanis haud rarò etiam præcedit. Urinæ aliquando sunt *Vitiantæ*  
orum similes, aliquando verò à statu naturali recedunt & ru-  
re crassæq; apparent. Accidit quoq; interdum *Hæmorrhagia*  
rium ob sanguinis fervorem & acrimoniam oscula vasorum  
erientem. Alvis plerumq; fiscior peccat eam ob causam,  
od natura occupata est in materiâ vitiosâ ad ambitum cor-  
ris propellenda.

## §. XX.

E *Qualitatibus mutatis* potissimum urget *Calor* nimius febri- *Qualitates*  
, qui vehementius sese exserit in *Morbillis*, quam in *Variolis* *mutata*.  
materiæ tenuitatem cum acrimoniâ talinâ conjunctam;  
inc & Rubor faciei & oculorum cum intumescentia quadam  
ud rarò in principio apparet ob sanguinis efflorescentiam, te-  
monio *Piens d.l.* De minori asperitate cutis, aut inæqualitate,  
am in *Variolis*, jam antè dictum est.

## §. XXI.

Porrò de Signis Diagnosticis imminentium *Morbillorum* no-  
ndum est, quod illorum multa etiam maneant hisce jam præ-  
ntibus. Cæterum qui prolixiores signorum catalogum de-  
lerat, quærat apud *Sennertum*, *Forestum*, *Riverium*, *Jonstonum*,  
*Illifium* & alios. Inter specialia signa ad sexum sequiorem per-  
tinet concurrens Uteri Suffocatio, de quo casu vi-  
tatur *Forest. d.l. obs. 47.* Item Menstruum vel suppressio vel im-  
minutus fluxus ob sanguinis ad habitum corporis exteriorem &

versus superiora impetum majorem. Verum de Diagnostici pro instituti ratione plus satis.

Prognos-  
stica,

§. XXII.

*Morbillorum* Catastrophen & eventum ex virium cur morbi magnitudine collatione, quæ per antea enumerata signa probè considerata fieri debet, præ sagire licebit. Et cum extra omne dubium sit, *Morbillos* etiam inter morbos acutos referendos esse, generale Hippocratis præ sagium & hic locum habebit, quod continetur 2. apb. 19. Et quamvis natura Maculas illas Critico quodam conatu, durante febrili ebullitione sequestrare amet, verbis *Venerandi* Dn. D. HOFFMANNI Senior d. l. tb. 3. illud tamen de Crisi latè sumta, quatenus & Crisin milam complectitur, accipiendum, cum non semper salutarei eventum nanciscantur. Quod verò Sennert d. l. *Morbillos* periculosiores judicaverit Variolis, ideò, quod ex sanguine fervore, qui febrem & omnia symptomata graviora excitat, constent, vel quod Pestis etiam sint magis cognati; hoc tamen a aliis Practicis impugnatur. *Willisius* enim claris verbis scripsit *citius* & minori cum periculo finiri banc ægritudinem. Nec sine ratione, quam annexuit; quod *Morbilli* sunt extranei fermenti utero contradicti levior quedam efflorescentia; qua particulae nonnullae in motum concitæ sanguinem leniter efflorescere, & parum coagula faciunt, quare stigmata inde prolata sine cuticula disruptione sola vaporatione difflantur: *Variolæ* autem sunt ejusmodi fermenti plerior & valida & secundum omnes particulas agitatio, majorem ebullitionem & coagulationem sanguini inferens &c. Consentire videtur & Piens d. l. licet tacitè duntaxat, dum *citius Morbillos* teminari scribit, quam variolas ob majorem tenuitatem materie. Neque ego dubito meum addere calculum, præsertim cum & Experimentia confirmet paucos Morbillis perire, nisi in victu acurâ error aliquis committatur: & quod illi, qui variolis pri correpti sunt, plerumq; à morbillorum invasione immunes manent, licet contrarium etiam *Forestus* in proprio filiolo observaverit, qui cum bis Variolas habuisset, posteà in Morbillos a huc inciderat d. l. Obs. 43.

§. XXIII.

Possem nunc ad specialiorem quoq; *Prognosin* transfire & stendere, *Morbillorum* maculas eleganter rubentes, ceu sangu-

magis homogenei & adhuc purioris sobolem, esse minus periculosas violaceis, nigricantibus, lividis, quæ majorem adustiem & corruptionem sanguinis significant, quod in adultis peritosiores sint ob majus incendium concurrens, quam in pueris infantibus; & quod in gravidis lethales judicandæ ex Sect. V. l. 30. nisi instituti ratio aliud videlicet brevitatem suaderet, quare et summam Prognostici iterum complecti verbis *Excellenti* Dn. D. HOFFMANNI *Senioris Disp. cit. th. 7. Provaria* *flam-*  
*vitalis abundantia aut paupertate, sive sanguinis salubritate, uti*  
*riolarum sic & Morbillorum malignitas (& ita eventus quoque*  
*edictio) variat.* Tantum de verâ Cognitione Morbillorum.  
 quitur

## PARS POSTERIOR,

*Quæ rectam Curandi rationem è Methodo  
 medendi cum debitâ Remediorum applicatione  
 monstrat.*

### §. I.

Leganter scripsit Hippocrates l. 6. *Epidemic. s. 5. t. 12. Sanatio*  
*est contra sentire, non consentire morbo.* Ut igitur *Morbillon*  
*Curatio* rectè instituatur, tales scopi præfigendi sunt, qui re-  
 gnant illius affectus generationi, in parte præcedente pro-  
 fitæ. Melius autem me hoc non facere posse arbitror, quam si  
 sus Celeberrimorum meorum in hoc Lycéo DNN. Præcepto-  
 n fundamētis innixus, *tres Indicationes* proposuero, quarum *Indicatio-*  
*ma* *resistat* materiæ fluxuræ, *secunda* materiæ fluenti, & *ter-*  
*materiæ affluxæ.* Cura-  
 toria quoque

### §. II.

Ad *primam* indicationem pertinet causarum procatarctica-  
 m sanguinem & reliquos humores Vitales & utiles intempe-  
 tot producentium prohibitio. Ad *secundam* causæ antecedent-  
 h. e. sanguinis intrâ vasa in actu fluxionis existentis intempe-  
 tè calidi præternaturaliter fermentescens & ad malignita-  
 m coagulativam dispositi correctio: Ad *tertiam* Causæ pro-  
 mæ h. e. sanguinis modo dictâ vitiositate prædicti & jam in ha-  
 tu corporis coagulationem & putredinem per maculas efflo-  
 centes ostendentis remotio.

*Materia  
Medica  
triplex.*

His Indicationibus, ut & aliis subordinatis tacitè sub illi generalibus comprehensis quò debito modo satisfiat, opus est Mediis & remediis, quæ desumuntur è tribus fontibus Medicis Diætетico, Pharmacevtico & Chirurgico.

## §. IV.

*Aëris regi-  
men.*

Absolvitur vero Diæta sex rerum nonnaturalium regimini congruo sequentem in modum è Practicis peritioribus instituendo. Aëreligatur ex calido temperatus, imò ad transpiracionem per poros Cutis hoc in affectu summè necessariam procurandam, paulò etiam calidior, qui non modò remotior ab ægre in conclavi, sed & proximè corpus ambiens per tegumenta & stragula ita disponendus, ut criticam expulsionem non impeditat. An verò æger pannis rubris necessario cooperiendus sit quod *Forestus* in *observationibus citatis* serio inculcat & nescie quam occultam vim è coloris convenientia attribuit, mihi videtur cum *Massaria l. s. de febr. c. 25.* superstitiosum; quemadmodum & illud, quod alii prohibeant, ne panni rubri corporum immediate attingant, propter vim adstringentem, quæ illi rubori inesse creditur; Aér verò frigidus maximè arcendus, qui cutem indurat. *s. aph. 20.* & ita transpirationem impedit, poro occludit, & Exanthemata repellit cum præsentissimo ægri periculo.

## §. V.

*Alimenta  
congrua.*

*Vetus ratio* talis sit, qualis Morbis acutis convenit, tenui scilicet, ex præcepto *Hipp. i. aph. 7.* Cibi sint facilis coctionis moderatè refrigerantes & humectantes, non affatim nutrientes, inter quos meritò ptisana hordeacea, juscula tenuia, puliculæ solidioribus anteferenda, si tamen morbus ad declinacionem jam pervenerit, cibi etiam solidiores concedi possunt. Potus qualitate respondeat cibis, sit tenuis, purus, nec crudis & fermentativis portionibus scatens, virtute Diaphoreticâ blandâ præditus. *Forestus* decoctum ficuum in cerevisiâ singulariter commendavit *Obs. 41.* alii Decoctum Lentium. Vini usum noxius, præsertim verò vinum rubrum nocuisse ob vim adstringentiam notavit idem *d. l.*

## §. VI.

*Reliquarū  
Rerum*

De reliquarum rerum nonnaturalium regimine instituendo, non attinet multa dicere; *Somnolentia* vel soporositas, sic

in aliis febribus malignis, ita & hic perniciosa *Motui* vacare *Nonnatus*  
 ri non possunt, cum plerumq; sint lecto affixi; Nec quies illa *ratiū sus conve-*  
*inutilis*, cum hac opus sit, si quid sanari debet, verbis *Gal n. 6. aph. Excretio alvi*, si ab initio morbi, antequam maculæ  
 parent, libera fuerit, etiam si poste à jam efflorescentibus mor-  
 lis siccior fiat per unum alterum ve diem, caret periculo, imò  
 rat criticum conatum ad exteriora. *Affectus animi* vehemen-  
 res vitandos esse, ne aut sanguis magis agitetur, aut  $\Omega$ us  
 spentur, vel alia ratione infringantur, notius est, quam ut  
 oblixe inoneam. Pergo ad *Medicamenta*.

## §. VII.

Cum alia fint Evacuantia, alia Alterantia, sub quibus &  
 confortantia comprehenduntur, hæc verò vel Interna vel Ex-  
 terna, de singulis pauca saltem monebo. Ex Evacantium nu-  
 ero Purgantia *exulent*, ne sequestrationis turbent efflorescen-  
 m. Plura de periculo purgantium vario in febribus malignis  
 deantur apud *Excellentissimum Dn. D. BRUNONEM in Exerc. III.*  
*Remor. purgant tb. 27.* Si alvus solicitanda, vel Clystere vel  
 ande, vel ab initio morbi lenissimè laxante id fiat. Retinean-  
 verò *Diaphoretica* & *Alexipharmacā mitiora*, ceu evacuantia  
 Sudorem aut insensibilem transpirationem, in quorum de-  
 respectus habendus ad individua ægrotantium, cum non  
 vis quodlibet conveniat aut arrideat, imò *in infantibus cura-*  
*nem omnem potius ad lactantem dirigendam esse* rectè præceperit  
*restus d. l. Obs. 43.* Exempla passim occurunt in Practicorum  
 monumentis; libet tamen mori hodieq; recepto indulgere &  
 um alterumq;, quamvis nondum ex propriâ Experienciam, ast  
 aliis satis approbatum annectere: Pro minorenibus &  
 ultis:

*R. Caricar. pingv. nō. vij.*

*Lentium ʒβ.*

*sem. napi*

*aquileg. an. 3ij.*

*melon.*

*Card. Ben. an. 3iiij.*

*is. incid. M. Coq. in Decoct. bord simpl. cum rad. liquirit. pa-*  
*. iiij. ad dimidijs. Colaturæ add. Syrup. acetos citr. pro*  
*itu. Vel Decoctum rad. Scorzoneræ & C. C. crud. rasp. ad*  
*gra-*

gratum saporem paratum exhibeatur. E solidis & siccis Dicordium, Pulvis Pannonicus. C. C. Philos. calcinatum & silia reliquis potentioribus majoremq; colliquationem & attentionem efficientibus præferenda. Ita quoq; accuratè censi Spe*ctatissimus* Dn. DECANUS in suâ quondam ingeniose conspectâ Disputatione Inaugurali de Paroxymis frequentioribus & bementioribus tb. 59. scribens : *Diaphoretica* ( qualia sunt C. absq; Δ præpar. Sal. C. B. &c.) in paroxysmis felicior ac tutius cum successu exhiberi possunt, quam Bezoartica aut Cardiaca fortior. Hæc enim si in juvenibus generosis aut temperamento sanguineo prætis exhibeantur, cordis motum prius violentum nimis intendunt, sepissimè ejus robur frangunt, quod si verò in ægrotis valdè debili pulsu languido existente præscribantur, metus est, ne flamma vita nimium ab illis agitata tandem extinguitur, non secus ac cum exi flamma fortiori Ω-tus afflatu urgetur, ut mirum non sit, quod Cardica fortiora nonnunquam eo ægrotos deducant, unde negant redquenquam. Adultis tamen & delicioribus Tinctura Bezoardica, Mixtura Simpl. (de cuius utriusq; efficaciâ salutari in quibuscunq; morbis malignis plura proponit Cl. Godofredus Schiess Med. D. & Practicus quondam in patriâ Lutheri Dissert. Pharmacovico-Therap. de Natura Tincture Bezoardic. c. 5. p. 87. & Appendic. Collectan. de Mixtur. Simplic. p. 190.) Spir. C. C. & similiter afferri possunt, vel aliqua mixtura inde præscribi: v. g.

R. *Tinctur. Bezoard.* 3j.

*Mixtur. simpl.* 3β.

Ω C. C. essentificat. gtt. vj.

*Misc. D. ad Vitr. Sign.*

### Austreibende Mixtur auf etliche mal.

Dosis in convenienti & temperato vehiculo pro variis attutis prudenter determinari debet. Nec minus è re fuerit quor sive Emulsio Alexipharmacæ à Zwelfero in *Pharmacop. Regia* p. 209. descripta, vel similis ex seminibus expulsivis dicti Napi videl. Card. Benedicti, Aquileg. Nasturt. &c. addita Myrrha pauca cum aqua Sambuci & Scabiosæ parata à Clarissimo L. D. Ettmüller in *Valetudinario Infantili* c. 3. §. 13. laudata: N. silentio prætereunda Tinct. Salutis Langij ex Myrrha cum Spiritu Vini Tartarisato extracta, cùm docente eodem Celebremo Viro Myrrhæ usus nunquam in Morbillis negligendus sit t.

perimentis jam confirmatus. Exterius nitrosas inunctiones & irrorationes commendat Excellentiss. Dn. D. HOFFMANNUS nior, d. l. tb. 11.

## §. VIII.

*Alterantia pleraq; ex febrium aliarum acutarum curatione sumenda , quibus annumerare libet , quæ symptomatibus ncurrentibus gravioribus opponenda , ut sunt Gargarismi stringentes & refrigerantes , Cordalia Interna & Exter- &c. Exempla offerunt laudati hactenus Authores , qui le- ntur.*

## §. IX.

*Chirurgica præsidia* quod attinet , *Venæctioni* nullus est lo- s , nisi in adultis , & statim ab initio , quando manifesta ple- oræ urgentis adsunt indicia , quod rarissimè contingit . Imò Willisi authoritate standum , cogente licet necessitat<sup>s</sup> prætextu pter metum *Medici vix audent V. S. celebrare* : Nec res caret riculo : *Nam si per V. S. semel regressa fuerit materia , nunquam vias repetet , etiam si efficacissimis utamur mediis* , uti seripsit Fr. ens d. l. Neque cucurbitulis adeò opus esse arbitror , in tenui- s materiæ morbillorum effervescentia , nisi malignitatem pe- lentem vi quadam ad ambitum evocandam subesse ex certis his constiterit . *Friktionibus* vero moderatè asperis , quibus rporis summa calefit , cutis spiracula laxantur , humores fa- ius in extrema abeunt & evaporant , naturæ conatus promo- re utile est & consultum .

*Chirurgica  
remedia.*

## §. X.

His igitur pro ingenii modulo breviter collectis finem im- no , meliora monstrantibus non solum cedere paratissimus , sed & DEO Opt. Max. gratias agens immortales , quod co- natibus meis clementissimè favere , & Gratia suâ adesse voluerit .

**ILLI SOLI HONOR ET GLO-  
RIA IN ÆTERNVM!**

• I. •

**N**aturam & Curam Morbillorum ordin  
docto  
*Scripsisti RAHNI, nuncq; dabis ca  
thedrae:*

*Gratulor, atq; ausus ut gratia Dia secundet  
Porrò Tuos voveo, dum patriam repetes.*

Nobil. & Clariss. D N. C A N D I D A T O  
faustæ acclamationis ergò  
adjecit

**Mauricius HOFFMANN**, Med. D. & P. P.  
Potentiss. Ele&t. & Sereniss. March. Brand.  
ac Reipubl. Norimb. Archiater.

• II. •

**C**rede mihi: Otia non, nec segnis pugna tri  
umphant,

Nec bellum celebres reddit in erme Viros.  
Certandum est magnō & constanti fortite  
ausu,

Ut vincens cingat digna corolla caput.  
Quando ergò in Medicâ Tesistis, RAHNE, pa  
læstrâ,

Intentas pugnam corporis atque malis,

Jan

n satagens noxam depellere Morbillorum;  
Nisibus applaudo mente manuq; Tuis:  
s bona! Pugnæ exantlatæ mox digna capesses  
Præmia. Virtutis Gloria certa comes.

*Amoris & benevolentiae ergo inter occupationes  
deproperavit*

JACOBUS PANCRATIUS BRUNO,  
Phil. & Med. D. hujusq; P. P.

◎ III. ◎

Otus homo morbus \*, morbilli ecce agmine \* "ολο  
ne saeo  
Erumpunt, tacto nectare purpureo; προστην  
s Medicam fer opem R A H N I, doctaq; ca- γενετης  
terua  
Siste tua specimen noticiae Medicae:  
plaudet Phœbus, morbillorum agmine pulso ad Dama-  
Quando hominem totum cernet Hygœa get.  
suum!

Nobilissimo & Clarissimo  
D N. CANDIDATO  
Amico suo percharo  
gratulabundus

f.

JOH. MAURICIUS HOFFMANN,  
Phil. & Med. D. hujus P. P. atq; Fac.  
Medic. h. t. Decanus.

**M**Orbilli iniqui Corporis incolæ  
Ut sint fugandi, versicoloribus  
Fœdant Cutim punctis, & ipsum.

Quando trahunt Hominem in ruinam,  
Heroa Virtus *Rahniadis* DEO  
Innixa & ARTIS clara Decoribus  
Per masculè pugnando monstrat,  
Non sine laudiparo Triumpho.  
Sic profuturum dum Titulum capit  
**VICTORIS**, Ægros eripiet trucis  
ÆFaucibus Mortis, sequentur  
Prosperitas, Honor atq; Fama.

Nobilissimo Dn. DOCTORANDO,  
Compransori suo dilectissimo,  
de feliciter confecto Curriculo Medico,  
bac ipsâ Odulâ tristrophâ,  
ex animo gratulatur.

DAN. GVL. MOLLERUS, Hist.  
& Metaphys. Prof. Publ.

**D**um de Morbillis nunc differis, Optime RAHNI,  
Morbos propellis qui teneros cruciant.  
Sic juvat in parvis Medicos subsistere morbis  
Ut curare queant majus itemq; Malum.  
Adsistat Numen Tibi, parva & grandia tandem  
Ut Mala Morborum ritè fugare queas!

In hoc, quamvis exiguo  
Nobil. DN. CANDIDATO  
gratulabundi inservire volu-  
erunt

COMMENSALI